Quelle:
Copyright:

modum (: fol: 193:) exorditur: "Ex quo in po-
"pulo hujus civitatis Wiennensis et predica-
"cionibus contrariis cujusdam octernarii et
cujusdam fratris b°orz (a) de potacione vini,
cui intingitur vel imergitur lignum sancte
crucis, magnum murmur surrexit et quam
plurima sunt orta scandala, ideo laudan-
"dum id murmur et ad tollendum hec
"scandala, et precipue ad caverdum ne pro
"futuro sequantur majora Reverendus in xto
"pater et dominus. dominus Wilhelmus eccle-
"sie S. Stephani prepositus, ac in hac civita-
"te pastor atque plebanus mihi diligenter
"supplicavit, ut de hac materia predicarem
"et populum informarem, quid tenere debeat
"de sancta cruce, et de potacione vini cui
"intingitur aut imergitur lignum sancte crucis
"an talis potacio valeat ad sanandum a fe-
"bribus febricitantes, vel non, et an pecent
"ac superstitiose agant, qui bibunt tale
"vinum. Cum autem hec supplicacio fuerit
"sancta ac rationabilis et pro bono comuni
"ac defensione fidei, Ego onus predicandi
"de hac materia quamvis mihi multum difficili
"subii, Et de tribus divino mihi assisten-
"te auxilio dicere proposui. Et primo de hoc
"quomodo simplices layci et comunis populus
"debeant se habere, si quod absit contigeret
"pro futuro contraria predicantes contra se
"insurgere, et precipue in his que tangunt
"fidem xtianam, videlicet an debeant uni
"ipsorum adherere et credere esse vera ea,
"que predicat, vel an nulli ipsorum debeant
"adherere, nec credere esse vera ea, que ipsi
"predicant, vel qualiter se debeant habere.
"2do proposui dicere quomodo lignum sancte
"crucis sit venerandum et adorandum, et an
"potacio sive bibicio vini cui intingitur
"aut imergitur lignum sancte crucis habe-
"at talem virtutem, quod sanet a febribus
"febricitantes qui bibunt tale vinum vel an
"non habeat talem virtutem. 3tio proposui
"dicere, an quilibet homo febricitans sen-

(a) Nescio quid
istud sibi velit
vocabulum; eccle-
sium de hoc fra-
tre mox infra.